

Band IX., Nr. 4083, Seite 431-433

*Gräfin Adelheid von Sigmaringen verkauft mit Einwilligung ihres Veters
des Grafen Eberhard von Württemberg dem Esslinger Bürger Hugo
Nallinger einen Weinberg auf dem Goldberg.¹*

Esslingen, 1291. Februar 8.

Adelhaidis de Sigmeringen comitissa litterarum presentium inspectoribus universis salutem cum notitia subscriptorum. Recognoscimus presenti pagina et simpliciter confitemur, quod quinque iugera vinearum nostrarum in monte dicto Goltperc² vineis C. dicti Hüser versus aquilonem assitarum viro discreto Hugoni dicto Nallinger civi in Ezzelingen pro nonaginta duabus libris minus duobus solidis denariorum Hallensis monete nobis ab eodem cive integraliter exsolutis et in nostre magne necessitatis redemptionem conversis vendidimus absolute consensu nostri avunculi dilectissimi Eber. de Wirtenberc comitis plenius accedente, quas siquidem vineas nos et iamdictus avunculus noster cum earundem vinearum fundis plantis vallis interciliis viis inviis et specialiter cum iure advocaticio seu cum iure sive consuetudine precarium extorquendi in vino vel pecunia numerata ac etiam cum iure torculandi exuvandi ac generaliter cum omni dominio seu cum omni honore suo, plerumque cum omnibus iuribus ipsarum^a vinearum corporalibus et incorporalibus, quocunque nomine censeantur, in predictum civem et omnes eius heredes utriusque sexus transferimus adeo bona fide, ut neutri nostrum nec prorsus aliquibus nostris heredibus spes possessionem recuperandi aut respectus aliquis vel occasio in ipsarum vinearum proprio vel feudo reservetur, presertim cum adhibita super casu premissis verborum et gestuum sollempnitate debita et consuetata memoratum civem loco sui et heredum suorum tanto effectum et affectum miserimus in possessionem venditi prenarrati, ut attestetur omnis homo prefatos civem et heredes huiusmodi vendita iusto titulo possidere ita, ut non possit esse melior condicio possidentis. Nichilominus libertationis et exemptionis plenarie ipsum venditum ab annua solutione unius urne vini capelle sancti Nycolai in Wirtenberc ab eodem vendito debite per recompensationem congruam reddidimus absolutum et ad habundantem cautelam civi et heredibus suprascriptis ab evictione super contractu predicto cavebimus et

^aVerschrieben *ipsas*.

¹Die Gräfin Adelheid war eine Tochter des Grafen Konrad III. von Württemberg-Grieningen, Witwe Graf Gottfrieds von Sigmaringen.

²Vielleicht eine Flur bei Waiblingen.

II

eius clausulis quibuscunque iuxta consuetudinem terre generalem strennuos viros Wolframum de Bernhusen seniore, Wolframum de Stain milites sub datione ipsorum fidei, item Hiltbrandum scultetum, . . dictum Volze, . . dictum Krummer, . . dictum Heggebach, . . dictum Grozso, Fridericum dictum Hagen, C. dictum Mesener, Arnoldum villicum, Ber. dictum de Smidehain cives de Waibelingen per eorum prestitum iuramentum hinc inde civi et heredibus prefatis fideiussores in solidum fecimus et warandos publice protestantes, quod warandia ultra prefatam consuetudinem non durabit. Ne autem *cuiusvis hominis* inter vendentes et ementes discordie vel alicuius instantie zisaniam valeat seminare, renuntiamus circa quevis prescripta exceptioni deceptionis ultra dimidiam partem iusti pretii doli malitie pacti conventi actioni in factum et generaliter omni exceptioni seu defensionis, ex quibus posset contractus prefatus vel instrumentum inde confectum aliquo modo vitari vel quibus mediis principaliter vel incidenter tacite vel expresse directe vel etiam indirecte de iure facto vel consuetudine coram quocunque iudice vel extra iudicium auxilio legis aut canonis quicquam posset in civis aut heredum predictorum aliquo modo preiudicium attemptari. In quorum omnium verax testimonium presentem cartam sigillis predicti avunculi nostri, proprio, universitatis civium in Ezzelingen ac ville de Waibelingen effecimus communiri. Ceterum nos supradictus comes firmantes narrata premissa prout narrantur simpliciter esse vera, testibus subnotatis, licet omnes non sint libere conditionis, de premissis testimonium ferendi plenam concedimus facultatem et in signum nostri consensus adhibiti sigillum nostrum sigillis prepedi fecimus supradictis, strennuorum virorum Wolframum prefati de Bernhusen senioris, Wolframum de Stain, Walgeri de Ehingen, Friderici de Hohenhain, H. sculteti dicti Stainbiz, L. im Stainhüse, R. dicti Hasenzagel, Ūlini dicti Zeller, Sifridi de
> Dürnkeim³, C. dicti Hüser, Rūperti senioris, C. fratris sui, . . Kurzonis senioris, Friderici de Hallis et aliorum fide dignorum testimonio accedente.

 Actum et datum apud Ezzelingen, anno domini MCCLXXX primo, VI. idus Februarii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Siegel: 1) Das Siegel des Grafen Eberhard von Württemberg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2915 (WUB, Bd. VIII, S. 191) und die Abb. in OTTO VON ALBERTI: Württembergisches Adels- und Wappenbuch, 2 Bde., Stuttgart 1898-1916, Tafel II, Nr. 6. 2) Das beschädigte Siegel der Gräfin Adelheid von Sigmaringen aus gelbem Wachs, rund, 62 mm: Die stehende Gräfin, die Linke vor der Brust, die Rechte nach auswärts

³Ober- bzw. Untertürkheim, Stuttgart, S.

III

erhoben, in jeder Hand einen Zweig oder eine Blume haltend, je an einer Efeu-
ranke hängt links von ihr ein Schild mit dem helfensteinischen, rechts ein Schild
mit dem württembergischen Wappen; Umschrift: + . S . ADILH TIS . .
. . MARINGEN ., vgl. eine ungenaue Abbildung des Siegels in Württembergische
Jahrbücher für vaterländische Geschichte, Geographie und Topographie, Stuttgart
1822-63 (1853), 2, S. 196. 3) Das Siegel der Stadt Esslingen. 4) Das schildförmige
Siegel der Stadt Waiblingen, ca. 48, 35 mm: Drei Hirschstangen mit vier Enden
(fünf Zinken), quer linkshin übereinander; Umschrift: + . S . CI . . IVM . IN .
WAIBELING . . .

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Ludwigsburg

Signatur/Titel des Originals:

B 169 U 34

Überlieferung und Textkritik:

Original mit deutscher Übersetzung.

Editionen:

Württembergische Jahrbücher (1853), 2, S. 199.

Regesten:

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde., Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7), Bd. 1, S. 93, Nr. 239.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Esslingen

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Bernhausen Wohnplatz (481)
 Bernhausen, Filderstadt, ES
 Ehingen (Donau) Wohnplatz (16771)
 Ehingen (Donau), UL
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Hohenheim Wohnplatz (29)
 Hohenheim, Stuttgart, S
 Obertürkheim Wohnplatz (40)
 Obertürkheim, Stuttgart, S
 Rechtenstein Wohnplatz (16926)
 Rechtenstein, UL
 Schmiden Wohnplatz (1343)
 Schmiden, Fellbach, WN
 Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
 Schwäbisch Hall, SHA
 Sigmaringen Wohnplatz (21356)
 Sigmaringen, SIG
 Untertürkheim Wohnplatz (62)
 Untertürkheim, Stuttgart, S
 Waiblingen Wohnplatz (1628)
 Waiblingen, WN